

Hieronymus Depkin Adolph Friedrich Hund

Publica Disputatio Ethica De Fine Et Principiis Actionum Humanarum Ex lib. I. & III. Nic: Arist:

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73021687X>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1650
Microscopus-Deplin
Hoff Friedrich Hund

13

PUBLICA
DISPUTATIO ETHICA
DE

FINE ET PRINCIPIIS
ACTIONUM HUMANARUM

Ex lib. I. & III. Nic: Arist:

Quam

Favente Principio & fine rerum; &
Consentiente Amplissimo Collegio
Philosophico

SUB PRÆSIDIO

M. HIERONYMI *Deffin* / Rigen-
sis, Facult. Phil, Witteb. Adjuncti
eruditorum examini sistit

ADOLPHUS FRIEDERICUS *Hund* /
Mecklenburgensis

Anno 1650. d. 23. Martij.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr

REPUBLICA
DISPUTATIO ETHICA
DE
FINE ET PRINCIPIIS
ACTIONUM HUMANARUM

Exhib. I. & III. Nic. Hall.

Favente Principio & sine reatum: &

Consentientis Augustiniani Collegio

Philosophico

1728

M. HERONNYMI SCHMIDT RIGEN

in Facult. Phil. Wierch. Adjuncti

ordinarium examini sibi

ADOLPHUS FRIEDERICUS SCHMIDT

Mecklenburgensis

Anno 1750. d. 22. Martij.



ROSTOCKII

Typis NICOLAI KILLIANI, Acad. Typogr.



I. I.

In diversa non tantum, sed contraria quoq; vota tendere febriculosos mortales, jam Petronij atate frequentatum fuit, dicentis:

Juvenias quod quisq; velit, non omnibus unum est
Quod placet, hic spinas colligit: ille rosas.

Duravit in hac nostra quoq; tempora, si non crevis hominis desiderium; namq; hic turpiter cupidos anxie splendens lutum corrādere cernas. Illic Veneri aut libero Patri strenuam navantes operam: Hos ambitione vexatos insomnes ducere noctes; illos speculationibus deditos in texendis aranea telus maximopere desudare: Eorum vero qui Virtutem propter se expectant, rot sunt ferè, quos Thebarum porta. Quorica enim animus ceu constitutus à Deo dictator suam Remp. variis subditorum generibus (intellige affectus) constantem secundum Virtutem gubernare vult, herili non civili imperio, tumultuantur subditi hi, nec facile inser eos, cum de Imperio agitur aut servitute, convenit. Ut ut idem velint & idem nolint, nihil minus tamen inter eos quam firma amicitia est nam & voluntas & affectus imperium affectant, & magis hi, qui minimè omnium debebant. Quibus coercendi militare arcantum adhibuisse proderit, quod severa lege gregarios ne seditionem moliantur ad labores cogit quandoq; non necessarios: Sic paulatim assuescendi erunt affectus laboribus, usq; dum afflictionum patientiam longa dies eos docueris. De talibus actionibus nunc sollicitis. Magne Deus cuncta cedant feliciter!



Qum non sacra solum sed profana quoq; monumenta Vita humanae miserias graphice admodum depingant, ipso statim exordio attingendi praeberetur materia, An ultimus actionum humanarum finis recte beatitudinis aut felicitatis titulo exornetur

& cum ab homine, qui totus Pindaro teste calamitas est, quoq; si Homero credimus, nihil terra alit afflictius impetrari unquam valeat. Accedit illud Craso à Solone dictum — *Dicig^r beatus*

Ance obituro nemo supremag^r funera debet.

Quotusquisq; est, qui felicitate aut opum affluentia Salomone fuerit superior? & tamen ille omnia mundi bona insuper habens, exclamavit: Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas! Subscribit Salomoni *Septimius Severus* qui cum obscuro loco natus, ad summa Imperij fastigia evectus esset. *Cuncta, inquit, fui, conducit nihil.* Sed cum hæc omnia de absolute perfecto & *Summo Bono* agant quale in hac *mali taberna, curarum mari, palastra luctus, & officina cladum* obtingere nemini potest, nos vero de tali agamus sine & bono, quod in hac vita dabile est, patet tela initio oblata nos hostiliter minimè ferire, nixos hoc statumine, quod cum ea quoq; animalia quæ Natura prona & Ventri obedientia finxit propter finem agant, & princeps eorum scopum, ad quem actionibus collineet, habebit praefixum: & cum Natura infinitum, Inferorum januis atrocius detestetur, non poterit non finis aliquis, quo impetrato animus acquiescat, assignari. Absq; quo esset, irrito conatu Natura hominem appetitu donasset, sed illa nihil perperam efficit.

II. Cæterum quanquam humanj appetitus objectum absolute nuncupetur bonum, ut plurimum tamen quod boni solum speciem præ se fert, ambiunt homines, hinc ampla hodie Vitiorum messis, manente nihilofecius illibata Aristotelis regula. Omnia bonum appetere, quotquot enim malis rebus operam addixere. Sub ratione boni malum illud quærunt. Si E, non omnia bonum appetunt revera tale, saltem apparens, si non appetitu desiderij, saltem complacentiæ. Frustra vero illi sunt qui eo quod singuli homines hoc sine non potiantur, ipsum appetitum frustraneum esse somniant. Sinistrè enim quod omnibus concessum non est, toti speciei detrahitur, observandum enim discrimen inter naturalem & sensitivum appetitum, ille per se neutiquam vanus est, hic vero ubi cæco impetu ruit, spretoq; consultore Intellectu, quod quærit, quandoq; non reperit. Proinde cum non cuncta propter aliud eligamus, dabitur actionum quoq; finis, quem propter se expectamus, cætera autem propter hunc erunt, idq; S. B. & Bonorum optimum nominabitur *Artles l. i. Nic. c. i.*

III. Quam vero ultimus iste A. H. finis disciplinam pro Patria sua agno-

agnoscat, non adeo facile adfertur est. Illud quidem satis planum est, hoc S. B. civile ad Philosophiam Theoreticam non pertinere. *Artes l. 1. M. M. c. 1. quoniam de moribus agere propositum nobis est, primum illud videndum, inquit, cuiusnam scientia vel artus pars sine moribus, sive moralibus hac disciplina. Ut igitur paucis absolvam, non alterius videtur pars esse, quam Civili seu Politicæ. Civilibus autem in rebus absq̃ eo, ut sit aliquis talis vel talis vel certo modo affectus, effici nihil potest, puta ut sit probus ac cōsuetos sive Virtutis studiosus. Itaq; Politicæ pars est ac Principum tractatio de moribus, ut in totum omnis hac disputatio iure mihi videatur non Ethicæ seu moralis, sed politicæ i. e. Civili appellanda hæc ibi. l. 1. Rhet. c. 2. doctrinam de moribus justum est appellare Politicam l. 1. ad Nic. c. 1. Summum Bonum est finis scientiæ reliquarum facultatarum longè principum ac Domina, ceterisq; maxime præcunctis at imperantibus. Talis igitur etiam Civilis videtur confer præterea l. 1. N. c. 2. c. 4. c. 9. c. 13. Ne autem alienæ libidinis mancipia audiamus, rationem Philosophi potissimum attendimus, quæ ita habet: Nobilissima & præstantissima disciplinarum practicarum nobilissimum quòq; & præstantissimum finem consideret necessum est. Politicæ talis est. Insuper cum vix ulla Virtus sit, secundum quam extra statum Civilem positus agere perfectè queat, finis vero ultimus actio secundum Virtutem est de quo infra, videtur etiam S. B. seu finis actionum humanarum ad societatem Civilem pertinere. Fundamentum antecedentis tale collocamus, Dividuntur communi Ethicorum suffragio Virtutes in eas quæ ad nos, & quæ ad alios diriguntur quod vero hæc in solitario statu à nemine exerceri queant, tam notum est quam quod notissimum: quamvis enim in Eremita agens habitu quoqueistarum Virtutum præditus esse possit, exercitium tamen eatum illi denegamus, in quo tamen S. B. à cordatioribus collocatur. Dubium forte de illis Virtutibus, quæ ad nos pertinent, quales sunt. Temperantia & fortitudo. Sed nec secundum illas Eremita perfectè agere potest, quomodo enim sibi à voluptatibus tactus immodicè & inhonestè fruendis cavebit. Cum solus sit, necessitate quidem compulsus à Voluptatibus corporis abstinere, non tamen ideo temperantiæ laudem merebitur, quem admodum nec ille dicitur temperantiæ exercere, qui edulis & lautiore potu destitutus, à Voluptatibus gustus abstinere. non enim impossibile est, ut talis sit maxime intemperans, si instrumenta istius vitij largiatis. Nec fortitudinem exercere poteris, quomodo enim inju-*

riam & mala illata stoico stomacho concoquet, cum nemo adfit, qui eum infestet, cum satyrisne fortiter pro Patria pugnabit? Perstat E. Philosophi sententia S. B. ad Politicam pertinere.

IV. Videtur vero propria quod ajunt vineta cadere Philosophus, cum disciplinam de S. B. & Virtutibus agentem loco laudato l. 1. M. M. c. 1. negat Ethicam dicendam esse, & tamen ipse l. 3. de Rep. c. 9. eam vocat Ethicam, cum enim aliud ex l. 5. Nic. c. 6. adduceret, dicit: καὶ ἄλλοι ἄρρητοι παρῶν ἐν τῆς ἡθικῆς. Similiter eam vocat Ethicam l. 4. c. 11. εἰ γὰρ καλῶς εἰρηται ἐν τῆς ἡθικῆς l. 7. c. 13. Φαίμεν δὲ καὶ ἐν τῆς ἡθικῆς. Sed notandum est Philosophum discrimina tantum gratia primam Politicæ generalis partem nominare Ethicam ut eam distinguat à parte speciali Politicæ, quæ & nomen illud generale retinet. Non quidem id volumus, quasi doctrina de ultimo A. H. fine ad Politicam spectet, specialiter ita dictam, sed ad Politicam generalem, quæ in duas partes dispecitur. Ethicam & Politicam specialem, quæ duas partes male ad distinctas disciplinas relegantur, ejusdem enim disciplinæ est de optima Civitatis forma, & de optimo ejus fine agere, & vice versa cuius de optima Civitate est agere, ejus quoq; de optimo Civitatis fine est agere. S. v. B. hoc per se unum est, & idem, sive attendamus in uno homine, sive in tota Civitate.

V. His prælibatis in ultimi istius finis naturam inquiremus Duplicem potissimum modo κατ' ἀνασκαδὴν & ἀπὸ κριτικῆς ἀνασκαδὴν. Ne vero æquivocationum tendiculis implicemur, indicamus, nos per S. B. non intelligere beatitudinem cælestem, in vera Dei agnitione & ardentissima dilectione consistente, quæ in terris est inchoata, in cælis verò consummabitur. Neq; etiam S. B. Theoreticum, sed summum aliquod civile bonum, quod in Virum bonum in Civili societate agentem cadit.

VI. In quonam verò beatitas illa consistat, quæ scitum est à multis, sed determinatum à paucis, adeo ut referente Augustino l. 19. C. D. tempore Varronis 289. opiniones de S. B. fuerint, sic enim pleriq; id in rebus sensui subjectis esse statuunt v. g. in divitiis, honoribus, viribus corporis, pulchritudine, alii in aliis, in quibus tamen sententiis immoti non permanent, sed aliud stantes, aliud sedentes pro S. B. exosculantur: nam idem sæpe dum pauper est, divitias, dum æger, sanitatem, dum rudis est, eruditionem S. B. esse arbitratur, ut habet Aristoteles l. 1. Eth. c. 2. Supervacaneum vero judicamus omnes de hoc ultimo fine sententias recensere,

ferre, cum pleræq; jam dudum à doctis exploræ sint; paucas tantùm & magis communes attingere animus est, quod antequam faciamus, Amulsum aliquam, ultimi *A. H.* finis attributa recensendo ex Philosopho constituemus, ut ex ea de Veritate adducendarum sententiarum eò melius formari iudicium possit.

VII. Sunt autera illa potissimum octo. 1. Est bonum homini proprium & domesticum, non commune cum brutis animalibus *1. Eth. c. 3.* 2. Difficiliter mobile e. eodem 3. sibi sufficiens *1. Eth. c. 5.* 4. propter se expetibile ibidem 5. Non à natura datum sed hominis industria acquisitum *1. Eth. c. 4.* 6. Non domientis ac otiosi *1. Eth. 3.* 7. sui communicativum *l. 1. Eth. c. 1.* 8. Non Violentum *l. 1. Eth. c. 3.*

VIII. Hæc *S. Boni* attributa qui perpendit. Voluptatem *S. B.* non esse facile cognosceret. Parum vero interest sive de Voluptate corporis, an animi quæstio intelligatur, in neutra enim *S. B.* consistit, non in illa, hæc enim nobis communis est cum animalibus brutis, & si in ea *S. B.* consisteret, Ægyptiorum Bos quem illi ut Apim coluerunt, magis beatus quam ipsi homines fuissent ut habet *Philos. l. 1. Eudem. c. 5.* Nec etiam Voluptas animi, hæc enim potius concomitans summi Boni est & indissolubili nexu cum actione secundum Virtutem est copulata, ut docet *Philos. c. 7. Eth. c. 53.* non tamen est ipsum *S. B.* Affectio enim non est forma rei, sed aliquid eà posterius. De Epicuro sententiarum est divortium, laudantibus his, culpantibus illis. Quidam eum corporis, quidam animi Voluptatem intellexisse autumant *Cicero l. 2. de finib.* Laertius. Seneca de *Vita Beata c. 13.* Epicurum immeritò malè audire asserunt: Sed quod prior ille una manu largitur, altera destruit, dum *l. 5. Tuscul.* multa, inquit, præclare dixit Epicurus, sed quam sibi convenienter dicat, non laborat: Laudat tenuem Victum, quod quidem Philosophi est; sed si Socrates aut Antisthenes diceret, non is, qui finem bonorum Voluptatem faceret, Imò *idem l. 2. de finibus* non de Voluptate animi tantum, sed & corporis & quidem hujus maximam patrem Epicurum loqui, dum nullum gaudium esse adserit, quod ad corpus non referatur, & Plutarchus de eodem sine voluptate corporis nescire aiebat quid bonum esset. Quicquid ea de re sit, sive in Voluptate corporis sive animi Epicurus felicitatem quæsierit, tamen erravit, in neutra enim consistere ante diximus, & si ficus ficus est dicenda, Epicurus Viri boni nomen vix meretur, qualis enim ille Vir bonus sit, qui providentiam divinam, qui animatum immortalitatem

tatem inficiatus est. Sed iniquimus Voluptatem, cujus peripheria & Centrum est abdomen, & *an Divitia nomine S. Boni* honoranda veniant, videbimus.

IX. *Divitia* sunt facile mobiles, sibi non sufficient; propterq; aliud expetuntur & dormientis etiam sunt, non E. Summi Boni titulo digna judicantur. Non autem ideo cum Stoicis facimus, divitias Bonum esse negantibus, quodcuq; enim natura sua tanquam legitimum instrumentum suo fini Virtuti inservit, id merito in bonis habetur. Tales vero sunt divitiae, proinde Bonum esse divitias concedimus, *Summum v. Bonum* negamus esse, illae enim utiles duntaxat sunt, quod graecum quoq; nomen docet Philosophus *1. Eth. c. 3.* sunt etiam sceleratissimis communies, quales nemo nisi qui caput sine cerebro habet, felices dicat *l. 10. Nic. c. 5.* Felix quidem illis seu instrumentis utitur suntq; nervi rerum agendarum, sed saepe tamen violentae sunt sive quoad acquisitionem, sive usurpationem.

X. Quibus summa placent fastigia rerum *S. B. in honore & dignitatibus* felicitatem sitam esse sibi persuadent, sed quomodo honori hic titulus conveniat, cum non sit in potestate honorati, sed honorantis? cum facile possit eripi, aut licet eo maxime dignus sis, non tibi sed indignis saepe exhibeatur? *nam summae vides Asini rerum fastigia scandunt,*

Maximus hoc illi tempore venit honor.

Accedit quod propter Virtutem non propter se expetatur, Constantem honorum & dignitatum inconstantiam soli illi negabunt, qui divitias juxta cum ignarissimis sciunt. Sufficiat hic unius Marii exemplum, de quo Seneca *l. 3. de ira c. 15.* Huic plebs erexit statuas, vino & thure seu Numini cuidam fecit, sed post L. Sylla eidem perfringi crura, erui oculos & amputari manus jussit.

XI. In *Ideis* Platonicis *S. B.* non esse Philosophus etsi invitus ostendit, ita enim *l. 1. Nic. c. 4. quaestio de Ideis ardua atq; lubrica est, quod homines amici Ideas introduxerunt, sed cum vera q; cara sint Amici & Veritas, tum pius est amicus antiquiorem habere Veritatem.* Quid per Ideas Plato intellexerit, non satis clarum est, quidam eum Universalia post multa, ut loqui amant Scholastici, intellexisse opinantur. Alii non naturas quasdam separatas per se alicubi ab aeterno existentes, sed omnium rerum quae in orbe sunt imagines in ipsa mente divina formatas Ideas esse secundum Platonem collegerunt. Sed quaecunq; tandem de Ideis sententia Platonis fuerit, certum est *S. bonum* Civile in illis situm non esse.

XII. Non

XII. Non longè à Veritate absunt, qui *S. B. in Virtutis habitu* collocandum esse docent. Sed tamen nondum rem acu tangunt, Artiles *l. 1. Eudem. c. 1.* Laudes Virtutis actionibus impenduntur, non qui vincere possunt, nec vincant tamen, sed qui Victores sunt, & *l. 1. Nec c. 9.* Multum fortassis interest Summū Bonum in possessione, an in usu positum esse putemus, in habitu, an in functione munerū: accidere si quidē potest, ut habitus qui inest, nihil boni efficiat, ut in eo. qui dormis, aut qui alio aliquo modo otiosus ac feriatus est, de functione autem munerū dici hoc non potest, ager enim, necessariò & rectè ager. Et planum satis est Virtutes usus & exercitii causā acquiri; nec iustum laudari, nisi quia iustitiam exerceat; nec fortem, nisi qui fortiter se gerit. Et in eo vertitur salus Reip. non ut omnes iusti, fortes & c. sint, nec tamen talia edant facta, sed ut quis agat fortiter, patriamq; strenue tueatur. Quamquam vero non inter Veteres tantum, sed & recentiores quosdam hæc sententia recepta sit, & propior etiam Veritati sit, quam ulla præcedentium ut diximus, non tamen cum Veritate examissim consentit. Rationes nonnullas eorum proferre lubet. 1. dicunt habitum magis esse stabilem, quam actionem ex eā resultantem 2. causam suo effectu nobiliorem esse 3. si felicitas collocetur in cumulo optimarum actionum, fore ut aliquid sit constans ex multis, quæ jam transferant, & uno tantum quod adhuc sit præsens 4. inde sequi si nempe non in habitu sed actione ponatur ut *S. B.* cum tempore crescat, id tamen fieri non posse, cum *S. Bonum* sit perfectissimum 5. Actiones bonitatem non ex se habere, sed ab habitibus, propter quod vero unumquodq; tale est, illud magis est tale. *Sed Resp. Ad singula.* Falsum est habitui plus roboris & constantiæ competere, quam actioni ex habitu ortæ, non enim ideo felix quadratus dicitur, quod nullo habito circumstantiarum respectu semper eodem modo se gerat, sed quod semper honestatem quærat, imò quod mortem oppetere malit, quam honestatis limites transgredi. Ad 2. Falsum est Virtutem esse causam Summi Boni efficientem principalem, illud enim est ipse homo, si vero instrumentalem intelligant causam, concedimus ultrò eam effectu posse esse deteriore non E, ex hoc canone, qui cum suis limitationibus positus, satis verus est, quicquam obtinebunt. Ad 3. Resp. Concedendo totum, talis enim & vita nostra est, nihil eius præsens est, nisi vitæ punctum, imò præsens tempus secundum Philosophum 4, *Phys. c. 10 & 11. non tam est temporis pars, quam momentum & vinculum præteriti & futuri.* St E. Vita nostra talis est, quid mirum, si & vitæ hujus felicitas talis sit? præterea

distinguedum erit inter *actionem unam specie & numero*. Ad 4. N. C. non nanciscitur S. B. perfectionem graduum, sed partium: ut ut enim S. Bonum dicatur perfectum ratione essentia, ratione tamen existentia suos admittit gradus, quod docet Philosophus *l. 1. Nic. c. 11*. Nam & unus homo altero est beator, si Virtus ejus sit excellentior. & quod magis est se ipso interdum est beator. Ad 5. Neg. si n. habitus actionibus bonitatem largiretur, actiones Virtutis habitum antecedentes non bonæ erunt, ut quæ ex dispositione tantum ortæ sunt, Et si habitus actionibus ex se fluentibus bonitatem communicat, actiones ex habitu vitioso, etiam bonæ erunt. sunt enim etiam ex habitu. Notandū E. habitū facilitatem ac promptitudinem subministrare, ut autem bene agas hoc ex fine, objecto, & intentione agentis provenire.

XIII. Vidimus nunc, quid non sit S. Bonum, nunc disquiremus *ἡ ἀριστοτατα*, quidnam E. Summum Bonum sit; Illud vero optimè definit Philosophus *l. 1. Eth. c. 6* quod sit *Operatio animi Virtute directæ, ac si plures adsint, optima & perfectissima in Vita perfecta*. Omnes perfectionis modos hæc Aristotelis definitio complectitur; per operationem enim perfectio ratione finis ultimi, per Virtutem perfectio inter excessum & defectum, per optimam perfectio graduum respectu aliarū Virtutum intelligitur, ita ut perfecta Virtus omnes species Virtutis moralis concernat. Genus in definitione ponitur operatio s. actio, omne enim in homine membrum ad actionem est affabrè factum, & totus homo ad operationem natus est. Cum vero & brutis competat actio, determinatur latitudo generis: *voce animi*, etsi enim bruta animam habeant, puta sensitivam, animum tamen non habent, utpote quæ vox intellectuali animam significat, fit vero hic mentio animi, non ut corpus excludi videatur, sed ut primum agendi principium exprimat. At quoniam in homine etiam quoad animum varias actiones invenire est hinc voces memoratæ nō quamcunq; sed certam aliquam actionem requirunt; Ideoq; adduntur illa Verba differentia secundum Virtutem, optimam & perfectissimam. Quid vero hic per Virtutem perfectissimam intelligatur, de eo acriter disceptant Autores, ut crucem hic fixisse illis videatur Philosophus. sunt qui prudentiam intelligunt. Sed Artes *l. 1. m. c. 2* expresse dicit *solam prudentiam neutiquam perfectum bonum est*. Alii omnem Virtutem Ethicam in summo gradu & perfectione consideratam longo usu & crebris actionibus confirmatam, conatu itidem summo, & quoad ejus per humanas Vires fieri potest exercitam.

citam, Cum quibus & nos facimus. Non hic *avrologia* committitur, nisi qualibet Virtus in suo genere *perfectam operandi potentiam dicat*: Notanter additur in suo genere, alias dari supra quamcunq; Virtutem perfectam aliam perfectionem, notum fieri potest exemplo *Virtutis Heroicae*, quæ in quavis Virtute locum habet, si modò perfectionem quam Virtutes in genere suo habere debent, antecellat. Neq; etiam ad Summi Boni naturam requirimus, ut omnes Virtutes in gradu perfectissimo ad sint, quanquam si fieri id queat, honorificum magis sic; sed sufficere si una aut altera Virtus summè perfecta sit, secundum quam operetur, reliquæ in gradibus remissis. Et in eo Summum Bonum inter alia à Virtute Heroica videtur differre, quòd Virtus Heroica quidem summam perfectionem requirat, sed unius Virtutis; ita ut etiam Vitia aliarum Virtutum adesse quandoq; queant. Summum Bonum autem etiam quidem una perfectissima Virtute contenta est, ita tamen ut nullum alterius Virtutis extremum eam comitetur, sed omnes Virtutes reliquæ, quamvis non tam eminentes ut una aut altera. Illi vero qui iustitiam universalem per Virtutem optimam & perfectissimam intelligunt, à nobis non admodum differunt, quid enim aliud est iustitia universalis, quam complexus omnium Virtutum. Per Vitam perfectam quidam intelligunt bonorum affluentiam, quæ quidem splendidius efficit Summum Bonum, non autem constituit, proinde nos ætatem maturam atq; sic firmatum iudicium, cui actio perpetua & continuata competit, intelligimus, ut ita ad Vitam perfectam requiratur ætatis perfectio, & actionis continuatio, ubi nota, nos non denegare felici somnum, aut alias naturales actiones, dum eum continuo secundum Virtutes agere dicimus, ille enim continuo ad præscriptum Virtutis operatur, qui secundum Vitia cum possit, non agit. Sic cum in sacris jubemur Deum indefinenter laudare aut orare. Augustinus dicit, Si cubitum discedis noli peccare, & laudasti Deum, sic felix, qui non cœu transfuga ad Vitiarum castra profugit, sed honestati quoad potest, studet, secundum Virtutem agere perhibetur, & Hactenus de ultimo Actionum humanarum fine.

XIV. Ad principia earum nunc nos convertimus, quorum contemplatio, si quæquam alia Viro Politico, qui de Virtutibus sive moribus præcepta tradit utilis est & necessaria, ad iudicium de factis hominum rite formandum, quæ bona, quæ mala sint, itemq; Legislatori aut in tribunali constituto, ad præmia bonis & pœnas malis conferendas. Philosophus ideo doctrinam hanc satis accuratè pertractavit tribus vicibus,

in lib. 3. ad Nic. de c. 1. ad 6. usq; Eudem. de 7. ad 11. i. M. M. de 13. ad 19.
Antequam vero ad explicationem horum principiorum feramur, evol-
venda prius est, tum vocis principis, tum actionum humanarum ambigui-
tas. Quoad vocem principis hic notandum venit, nos non hic de princi-
piis remotis aut mediatis, sed proximis & immediatis agere, de illis si
sermo sit, duo tantum sunt Principia Intellectus & Voluntas; horum
vero cum Philosopho 5. constituimus *Spontaneum, Invitum, Consultatio,*
Electio, Voluntarium, ad Vitandum vocabulorum lusum posterioris Vo-
luntarium quam Voluntatem vocare maluimus, ne hic alteram animæ
rationalis facultatem videamur notare. Per Actiones vero humanas in-
telligimus, 1. Civiles, 2. non internas sed externas, 3. non ut ab actionibus
hominis, ad mentem *Thomæ 1. 2. q. 1. a. 1.* admodum subtiliter distin-
guantur. Inquirimus enim hoc loco in principia non earum solum ac-
tionum, quæ hominis sunt, in quantum homo est & à brutis distin-
ctus, sed quarundam quoq; actionum rimamur principia, quas homo
cum brutis habet communes. v. g. quæ Temperantiam concernunt.
Distinguitur vero unum principium ab altero si non omni ex parte &
reapse, saltem ut latius & angustius.

XV. Hisce præmissis ad ipsa Principia accessum facimus, quorum
primum est *spontaneum*, quod à Philosopho *l. 3. Nic. c. 1.* describitur hoc
modo: *spontaneum est cuius principium est in ipso agente, sciente singula
in quibus est ipse actus.* Circa quæ dubitatio suboritur, numquam & brutis
spontanea operatio adjudicari queat ex eo, quod spontaneam actionem
laus & vituperium sequatur, quæ tamen in bruta neququam cadunt.
Evanescit autem hæc difficultas si vocem ἀνοῦσιον & ἐκόνιον esse πρὸς
ἐν ἑαυτῷ ἐνὸς observeretur, & uni per prius, alteri per posterius compete-
re. Ut vero clarius pateat, quid sit sponte agere, Invitæ actionis contem-
platio præstabit *Invitum vero est aut violentum, aut cum ignorantia agen-
tis: Ratio autem geminæ hujus acceptionis est, quod spontaneum vel
naturam rei sequitur vel cognitionem.* Ideo vi oppositorum & Invitum
erit duplex. *Violentum illud est cuius causa movens extra agentem est &
prevalens ei, quod cogitur, ita ut ad id subjectum patiens nihil omnino ad-
jumenti afferat,* ut si quis turbine feratur, quò ire non libet cum navi.
Alter modus invitæ agendi per ignorantiam est circa quem Philosophus
discrimen annotat *inter ignorantem agere, & per ignorantiam. Per igno-
rantiam agere est cum ipsa est princeps causa actionis, absq; quæstione, actio
illa non institueretur.* Latius vero est *ignorantem agere,* omnis enim per
igno-

ignoran-^{ti} agere solent, et non videtur, nam & ira, ebrietate, aut alio vicio perciti saepe insciji sunt, quid agant, in quibus tamen ignorantia causa non est, sed vel ira, vel ebrietas. Præterea dantur actiones, quæ non omnino spontaneæ, neq; invitæ omnino sunt, idcircoq; *mixtæ* dicuntur, participant hæc & de Invito, propter causam, quæ forinsecus eam ad causandum compellit, & de Spontaneo, quatenus is, qui ad agendum cogitur, adjumenti aliquid confert. Ita tamen hæc actiones mediæ sunt, ut in se quidem & absolutè consideratæ magis invitæ quam spontaneæ sint, nam absq; urgente necessitate esset, nunquam tale quid faceres, in respectu vero ad majus malum evitandum propius ad Spontaneum, quam ad invitum accedunt, laudamur enim aut vituperamur propter tales actiones, suntq; illæ in nostra potestate. an eligere velimus an non.

XVI. Invitum excipit *Consultatio*, quam hanc ob causam *Electiõni* præmittimus, quòd naturâ sua *consultatio legitima Electiõni* antecedanea est. Provida enim Natura Reginaë brutorum affectuum, Voluntati de consiliario prospexit Intellectu videlicet, qui suadendo & rationibus permulcendo hoc amplectendum, illud fugiendum, Voluntati non tantum assistit, sed viam quoq; & media monstrat, quibus ad tale bonum aditus pateat, dumq; hoc facit intellectus, illum actum, quem nos consultationem salutamus, edit, proindeq; eam definimus, quod sit *actus intellectus practici, media ad consequendum finem idonea conferens & judicans, ut optima Voluntati proponere queat*. Objectum ejus ut sub considerationem veniat, necessum est, sciendum enim, de quibus fiat consultatio, non Ergo ejus objectum sunt *Aeterna, Naturalia, Fortuita, præterita, fines, sed res, quæ à nobis agi possunt, & quæ media sunt ad finem ducentia*. Diximus objectum consultationis non quidem esse finem, notus tamen ille intellectui sit oportet, cum enim id muneri ei datum sit, ut media excogitet ad finem ducentis, non poterit feliciter hac sua sparta defungi absq; cognitione finis, sicut non bene jaculabitur, qui scopum sibi præfixum ignorat. Cognito autem fine non quævis media sive honesta, sive inhonesta, sive facilia sive difficilia Voluntati aperiet, sed postquam quantum æra lupinis dissent perpendit, hisce mediis & non aliis Voluntatem finem suum consequi debere Judicat. Hunc motorem suum *Voluntas* liberè sequeretur & appetitum irrationalem simul eò dirigeret. Sed habet hic alium, quem lubentius audit, puta sensus. Cum enim objectum sensibile phantasiæ communicatur, cognoscitur an commodum an incommodum sit, si illud, sequitur amor, si hoc, odium. In irrationalibus

animalibus sine obstaculo hic motus sequitur. In homine vero istæ sensuum internorum motiones ad Intellectum deferuntur, ut ab eo vel approbentur vel spernantur, Ubi intellectus illam appetitionem sensuum, rectam esse animadvertit, appetitus rationalis sensuivo non resistit, si vero mala sunt, quæ sensus afferunt, Intellectus rejicit, nec voluntas accipiat. Illa enim intellectus judicium sequitur, & quod ille bonum judicat, illa appetit, quod malum est non vult. sed odit hincq; Locomotivæ motum appetitui irrationali adversum injungit.

XVII. Tale Intellectus judicium peculiari nomiae vocatur *Conscientia*, cujus quidem tractatio in Ethicis bis occurrit, cum hic loci, tum ubi de concomitantibus S. B. agitur. *Ex professo tamen de Conscientiæ agere ad Physicum proprie spectat*, hujus cum sit propria doctrina de Intellectu humano, actus quoq; Intellectus eò pertinebit. Nec est quod habitus Intellectus nos ab hac sententia revocent, illos quidem ad Physicam non pertinere ultro largimur, nam illi non sunt à naturâ, sed crebris acquiruntur actionibus. Actus vero Intellectus Conscientiâ à natura cuiq; inest. In quibusdam quidem sopita est. Sed ubi Veternum excusserit, sentiant serò sed serio hunc tortorem improbi. Cum tamen una eademq; res in diversis disciplinis, et si diverso considerandi modo tractetur, nos in quantum huc pertinet, eam impræsentiarum considerabimus.

XVIII. *Conscientia est actus Intellectus practici, quo à principii natura & scripturæ legibus etiam, & conclusionibus exinde deductis, quid faciendum quid omittendum, judicat & suadet.* Conscientiæ igitur vis & natura tali syllogismo includitur. Quicumq; peccat, displicet Deo, Ego hoc vel illud facinus committendo pecco E Deo displiceo, ubi Conscientia lex dicitur & Lumen respectu majoris propositionis: quoad minorem, in dex: quoad conclusionem autem Judex. hæc enim tria se consequuntur *συμψησις, συνέδρισις & κείρισ.*

XIX. Cæterum cum Intellectus quandoq; rectè & certò, quandoq; etiam quidem rectè, non tamen certò, sed probabiliter, non rarò falsò Judicet, hinc fit ut propriè loquendo triplex tantum conscientia detur. Certa, probabilis & Erronea. Dubiam & scrupulosam non agnoscimus Conscientiæ nomine dignas, cum non judicent, sed judicium potius suspendant. Quod tamen non facit Conscientia, cujus proprium est judicare. Tunc vero dubia est cum rationum momenta, utrinq; sibi ob oculos posita æquè valida arbitratur. Talis quamcunq; partem elegerit, dum anceps adhuc est, delinquit, si quidem num rectè an perversè agat, juxta

juxta affirmat. Conducibilis E. ejus rationibus videtur esse, si actione
profus supersecat.

XX. Conscientia certa est, quæ juri divino aut humano indubitato
conformia docet, quæ verò ita comparata sunt ut necessarium quidem
non sit facere, magis tamen honestari conveniens sit facere, quam non
facere, fuerit. & quæ ita se habent, ut neutrum prohibitum sit in effe-
ctum dare; præter tamen ea actione abstinere, quam adire, dissuadet.

XXI. Conscientia probabilis est, ubi rationibus ab utraq; præsentibus
illa firmioribus se addicit, cum formidine oppositi, sed formido tamen
isthæc plenarium ad sensum non adimit Conscientiæ probabili, ita ut
quamvis tanta rationis istius, quæ hanc conscientiam movit certitudo
non sit, quanta ejus fuit, quæ certam conscientiam moverat, non sper-
nenda tamen sit. Si vero contingat, ut partes conscientiæ probabili pro-
positæ ita comparatæ sint, ut altera quidè magis probabilis, sed altera ma-
gis tuta videatur, præstat eam quæ revera magis tuta est, quàm illam quæ
magis est probabilis amplecti. In conscientia probabili observari possunt
hæ regulæ. 1. Inter duas opiniones probabiles, ea quæ lege quâdam niti-
tur, huic quæ usu recepta est, merito præfertur 2. In opinionibus duabus
vel pluribus, de rebus pænalibus & odiosis benignior amplectenda erit.
3. Cum opiniones sunt pares, quoad Auctorum numerum, tutiorem elige.

XXII. Erronea Conscientia est, cum illud quod boni speciem mentis
tur, pro vero bono amplecti; aut cum illud quod verè bonum audit tan-
quam malum aversari jubet v. g. si quis putet licitum esse furari, ut sit, un-
de Eleemosyna erogetur, aut non licere carne suilla vesci tempore N. T.
Hic inter Errorem vincibilem & invincibilem discernas oportet. Vinci-
bilis error est, cum quis talem errorem errat, quem deponere poterat. In-
vincibilis v. Error est, quem evitare nullo modo poterat. Nunc dicimus
eum peccare, qui conscientiam Errantem errorem vincibilem habet, sive
secundum eam, sive contra operetur, nam si quæ illa dicat, exequitur,
peccat, ideo quod errorem, à quo liberare poterat, retinet: Peccat tamen
si contra conscientiam vincibilem errorem errantem agat, nam etsi qui-
dem quoad rem ipsâ, de quâ ille conscientiam Errantem fovet, non pec-
cet, sed profus juxta eam agat, peccat tamen, quòd quantum in se est
vult prævaricari, qui enim contra legem Dei agere vult ille peccat, eo
ipso quia vult. vult a. is qui contra conscientiam erroneam agit, contra
legem agere. Ubi autem aliquis errat errorem invincibilem, is tantum
peccat, qui dictamen ejus adspernatur. Distinguendum præterea inter
obje-

objectum indifferens, & inter expressè lege divinà prohibitum. Si Objectum indifferens sit, conscientia erronea non peccat, qui secundum, sed qui contra agit, At in Objecto expressè prohibito, cum ea scire deberet, peccat qui contrarium legi divinæ suadet. Hæc de conscientia.

XXIII. Electio quæ est quartum actionum humanarum principium, est actus voluntatis, quo illa media ab intellectu ad finem consequendum judicata idonea, secundum posteriorem suam potentiam, quâ liberè agit, & à priore, qua Voluntariè agit distinguitur appetit. Electionem referimus nõ ad intellectum, sed ad Voluntatem, Intellectus enim circa verum & falsum; Electio circa bonum & malum versatur. Dum vero Voluntati libertatem assignamus non id de cujuscunq; rei libertate, sed tantum actionum civilium volumus intellectam. Electio talis est rerum nobis possibilem & mediorum. Finis enim electio qua talis, & ultimi, propriè non est: Ejus enim solum datur electio, quod in consultatione est conclusum sed in practicis syllogismis finis non est conclusio sed principium. Artes 7. Eth. c. 8.

XXIV. Restat nunc agendum de Voluntario, quod est actus Voluntatis, tendens in finem humanarum operationum, ab intellectu ut nobis bonum judicatum. Differt Voluntarium ab Electione: quia Voluntarium tendit in finem, electio autem in ordinata ad finem. Volumus quidem sanitatem, sed eligimus medicamenta: Electio solum respicit ea, quæ ad nos pertinent. Voluntarium etiam ea, quæ ad alios, Unde Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 7. hos versiculos habet.

Jussio, consilium, consensus palpo; recursus

Participans, mutus non obstans, nec manifestans.

quæ explicata Vide ibidem, unde non iis tantum, qui homicidium parant, sed & qui mandant. suscipiunt &c. leges pænas sanxerunt. Tantum.


COROLLÆ.

An Juramentum latroni de re licita prestitum obliget conscientiam? A.

An judex secundum acta & probata, contra conscientiam judicium ferre debeat? N.

An judex secundum Conscientiam contra acta & probata judicare debeat? N.

Is vere Ethicus est, qui verba vertit in opera & Scientiam suam condit sale Conscientiæ.



juxta aſſimat. Conducibilis E. ejus ratione
prorſus ſuperſedeat.

XX. Conſcientia certa eſt, quæ juri divi
conformis docet, quæ verò ita comparata
non ſit facere, magis tamen honeſtati conve
facere, ſuadet. & quæ ita ſe habent, ut neut
tum dare; præſtet tamen ea actione abſtin

XXI. Conſcientia probabilis eſt, ubi ratio
illa firmioribus ſe addicit, cum formidine op
iſthæc plenarium adſenſum non adimit. Co
quamvis tanta rationis iſtius, quæ hanc con
non ſit, quanta ejus fuit, quæ certam conſcie
nenda tamen ſit. Si vero contingat, ut partes
poſitæ ita comparatæ ſint, ut altera quidē mag
gis tota videatur, præſtat eam quæ revera mag
magis eſt probabilis amplecti. In conſcientia
hæc regulæ. I. Inter duas opiniones probabiles
tur, huic quæ uſu recepta eſt, merito præfer
vel pluribus, de rebus pænalis & odioſis b
3. Cum opiniones ſunt pares, quoad Auctorum

XXII. Erronea Conſcientia eſt, cum illud
tur, pro vero bono amplecti; aut cum illud qu
quam malum averſari jubet v. g. ſi quis putet
de Elecmoſyna erogetur, aut non licere carne
Hic inter Errorero vincibilem & invincibilem
bilis error eſt, cum quis talem errorem errat, c
vincibilis v. Error eſt, quem evitare nullo mo
eum peccare, qui conſcientiam Errantem erro
ſecundum eam, ſive contra operetur, nam ſi
peccat, ideo quod errorem, à quo liberare pot
ſi contra conſcientiam vincibilem errorem er
dem quoad rem ipſam, de qua iſte conſcientiam
ter, ſed prorſus juxta eam agat, peccat tamen
vult prævaricari, qui enim contra legem De
ipſo quia vult. vult a. is qui contra conſcientiam
legem agere. Ubi autem aliquis errat errorem
peccat, qui dictamen ejus adſpernatur. Diſſ

ſi actione

o indubitato
ium quidem
, quam non
m ſit in effe
re, diſſuadet.
præſentibus
nido tamen
abili, ita ut
it certitudo
, non ſper
obabili pro
d altera ma
n illam quæ
vari poſſunt
uadam niti
ibus duabus
ctenda erit.
orem elige
ciem mentis
n audit tan
ri, ut ſit, un
pore N. T.
rtet. Vinci
poterat. In
nc dicimus
n habet, ſive
exequitur,
ccat iudem
am eſt qui
er, non pec
um in ſe eſt
peccat, eo
git, contra
is tantum
æterea inter
obje.

